10 Thlr

Xc. 132.
6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-819586-p0004-1

INDICIS

IN

SWIETENII

COMMENTARIORVM

TOMOS QVINQVE

SVPPLEMENTVM

CONTINENS

RES NOTATV MAXIME DIGNAS IN COMMENTARIIS

REPERIVNDAS

REALIS INDICIS

VICES SVPPLENS ET OBSERVATIONES

INDICANS

IN PROPRIOS VSVS CONFECTVM

NVNC VERO PVBLICI IVRIS FACTVM

A

IOHANNE ADOLPHO GLADBACHIO, M. D.

SERENISSIMI PRINCIPIS ANHALTINO SERVESTANI A CONSILIIS AVLICIS, AVLAE MEDICO, ET PHYSICO, VT AIVNT FORENSI.

HILDBVRGHVSAE,

Sumtibus IOANNIS GOTTFREDI HANISCHII,

BIBLIOP. AVLICI HILDBVRGH. PRIVIL. MDCCLXXV.

N 6

KOEN. PRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

IOANNES ADOLPHUS GLADBACH.



En! Supplementum in Indicem Commentariorum Swietenianorum: miraberis fortaſſe adparitionem hujus ſupplementi, eamque ſuperfluam judicabis, cum Index jam locupletiſſimus Tomo horum Commentariorum quinto annexus ſit. Sed compares quaeſo mox dictum Indicem meo cum ſupplemento, et videbis priorem ab ultimo multum differre.

re. Ille enim res in omnibus quinque Tomis reperiundas non nisi breviſſime recenſet; hoc vero fuſius illas explanat. Dignitas et copia rerum in his Tomis comprehenſarum merebatur ſine dubio, ut major, quam receptum eſt, in conſcribendo Indice ſolertia adhiberetur. Hanc que ſolertiam ego mox ab initio prodeuntium ſingularium Commentariorum Tomorum ad privatos meos uſus adhibui, illaque usque ad editionem quinti illorum Tomi perrexi. Adnotavi ſimul copioſiſſimas et pulcherrimas Obſervationes, quibus exaſciatiſſimi hi Commentarii, ad probandas rationes à b. Swietenio maximo judicio poſitas, uberrime repleti ſunt, et quarum in Indice nulla facta fuit mentio.

Cum itaque ſupplementum meum ab Indice jam impreſſo multum recedat, credidi fore ut alicui uſui inſervire valeret, ſi illud publici facerem juris. Vnica haec eſt ratio, quare prodiit; et ſpero Benevolum Lectorem illam amice judicaturum. Errores typographici, ſi tales forſan irrepſerint, impreſſioni in diſſito à me loco factae adſcribas velim. Vale Faveque. Dabam in Muſaeo Serveſtae 12 Martii A. O. R. 1775.

A.



A.

Abdomen quid. I. 514.

tumidum puerorum, à glutine contento, frictiones optime fert. quomodo? I. 108.

Abdominis circulus sanguinis quomodo fiat in statu naturali et sano, et in illo ubi hepar obstructum. III. 94.

constrictio sola, praesertim per thoraces rigidos, in sequiori sexu plurima fecit mala: imò paralysin thoracis et abdominis induxit. III. 354.

dolores si adsunt chronici, merito lienis, pancreatis, aut alius visceris ulcus, scirrhus, cancer, calculi, suspicantur, et blandissima tantum remedia exhibenda. III. 156. 192.

tormina multi ilico sentiunt, dum pavimento lapideo frigido diu insistunt. III. 162.

tumor post partum subitus et à Vermibus oriri potest. IV. 712.

ab esu fructuum austerorum. III. 334. 360.

à scirrhis Omenti. Exempla III. 157. IV. 460. 461. vide Omentum.

post febres intermittentes interdum fit à scirrhis. II. 523.

non semper infausti ominis est, cur? II. 523.

autumnales quid designet. II. 82.

Vulnera cavitatem non penetrantia quibus noscuntur. I. 514.

neglecta saepe pessima produxerunt mala, quae? I. 515.

attamen oblique decurrentia fistulas pariunt. I. 515. Exempl. I. 516.

quomodo curantur. I. 516.

Vulnera cavitatem penetrantia quibus noscuntur. I. 517.

et viscera interiora illaesa quibus noscuntur. I. 517.

quomodo curanda. I. 518.

et viscera interiora laesa, quibus noscitur, et quibus detegendum quales hae partes sint. I. 520. seq.

si viscera laesa quid eveniat. I. 524.

Abdominis vulnera cavitatem si aër intraverit, qualia mala pariat. I. 525.
copiosum sanguinem effusum continentia quae mala pariant. I. 525.
paucum sanguinem effusum habentia non adeo periculosa, cur? Exempl. I. 525.
quomodo tractanda. I. 525. vide Intestina. Omentum
qualem requirunt diactam. I. 534.
vulnera 18, quorum 8 cavitatem penetraverant, curata quomodo. I. 535.
dolor acutus semper suspectus, cur? I. 520.
liber aëris frigidioris accessus noxius, cur? I. 524.
Abdominalium viscerum vitia hepar adeo facile efficiunt, cur? III. 141.
Ablactatio infantis ante dentitionem absolutam ne fiat, cur? IV. 749. Vide Infans.
Abortientes diu languent, ut ut cibos assumant, cur? I. 24. II. 43.
Abortum convulsio sequens unde? I. 377.
quomodo tractanda. I. 381.
Abortus quid sit. IV. 468.
in tria stadia distinguitur, qualia? IV. 468. 493.
circa tertium mensem frequentior contingit, cur? IV. 469. 473.
à Vomitu, cur? IV. 469.
ob tenesmum assiduum ab ulcusculis genitalium fervidis, et ab haemorrhoidibus tumentibus productum. III. 220.
ab aphthis metuendus, cur? III. 219.
in foeminis frequentior quam in brutis, cur? IV. 486.
Placenta facilius remanet quam in partu maturo. IV. 487.
remediis factus Exempl. funestum ex Hippocrate. IV. 487. Abortum procreantes horreant vitam certo perdituram, nisi homicidii crimen illas jam terruit. IV. 488.
majus periculum inducit foeminis, quam partus naturalis. IV. 488.
convulsio sequens, unde? et quomodo tractanda. I. 377. 381.
ut plurimum funestus illis, quae febre continua remittente laborant. IV. 488.
febre acuta laborantium non semper funestus. IV. 488.
Variolis discretis copiosis laborantium, non semper exitialis. Exempl. evasae, quae quarto mense abortum perpessa erat. IV. 488.
et hydropem efficere potest, cur? IV. 198. 489.
praecavendus, nisi subito concidant mammae. IV. 496.
instans quibus noscitur IV. 493. vide Haemorrhagia uterina.
unde? IV. 496.
ab Hippocrate procreatus quomodo? Exempl. IV. 498. Facinus est hunc efficere. IV. 499.
causae revocantur ad duplicem impotentiam, unam foetum gerendi, alteram foetum nutriendi. IV. 502.
Abscessus quid? I. 692.
dum pus continet coctum, statim aperiendus, cur? I. 695. 704.
quomodo tractandus ut aperiatur. I. 692. 693. 694. seq.
occlusus maneat, donec omne crudum inflammatum fuerit maturatum. I. 699. 700.

Abſceſſus nimis cito apertus quae mala faciat. Exempl. I. 700.
pus exitui aptum habere quibus noſcitur. I. 701. 702.
pus continens exitui aptum et non apertus quae mala faciat. Exempla. I. 695. 704. ſeq.
in glandulis diutius clauſi relinquendi, quam in aliis partibus, cur? I. 710.
interne latentis, in morbis internis, praecipuum ſignum eſt, ſi poſt dolorem acutum inertis ponderis ſenſus in loco affecto percipiatur. I. 704. vide Vomica.
Cubiti ſanatus per diarrhoeam purulentam. Exempl. I. 706.
quomodo minimo cum dolore aperiendus. I. 709.
per ſcalpellum tuto aperitur quomodo. I. 710. 711.
profunde haerentes quomodo dignoſcendi. I. 711.
in hypogaſtrio profunde haerentis Exempl. I. 712. 711.
mammarum profunde haerentis Exempl. I. 712.
in crure rarioris Exempl. qui omnia maturi abſceſſus ſigna habuit, qui vero apertus ne guttam puris exhibuit, ſed paucum mucum ſaltem effudit, ſubſequentibus poſtero die fungoſis excretionibus. I. 712.
magni non ſimul et ſemel à pure liberandi, cur? I. 713.
ſi comprimi poſſunt, ab omni pure ſimul ac ſemel liberentur. I. 713.
oſſium, quid. I. 942.
quomodo curandi. I. 714.
et per cauſticum aperiuntur, ſed minus tuto quam per ſcalpellum. I. 715.
poſt febres, praecipue acutas, Exempl. II. 81.
apparens et iterum diſparens in acutis, cujus praeſagii. II. 324.
Abſorbentia efficacia tantum ubi acido occurrunt. I. 91. II. 128.
ex ſe inertia ſunt. I. 91.
in alcohol redacta minime conducunt. I. 91. 93.
in ſcirrhis inteſtinorum utilia. III. 190.
pulverata ſaltem adhibeantur. I. 91.
igne exuſta primis viis damna inferunt, qualia. I. 178.
Abſtergentia medicamenta quae ſint. I. 71. 330.
Acetum conficientes cur pallidi ſaepius et tumentes ſint. I. 94.
Vini putredini ſanguinis optime reſiſtit. I. 127.
ſanguinem diſſolvit. I. 127.
majori copia epotum febrim excitat. I. 141.
habetur pro anthelmintico; quibus miſcendum et quomodo tractandum. IV. 732.
ſecundum Torti vermes cito necat. IV. 735.
ex quibus conſtat. I. 91.
qualem in humores noſtros exſerat vim. III. 572.
Achores quid? V. 590.
retropulſi epilepſiam efficere poſſunt. Exempla III. 421.
quomodo revocantur. III. 434. 448. IV. 125.
Acicula deglutita ex inguinis tumore extracta. I. 635.
Acidum naturaliter in animalibus non invenitur. I. 80.

Acidum in corpore humano si exstat, peregrinum est et ortum ab ingestis. I. 81.
mox eructant debiles, vinum potantes. I. 82.
praesens in corpore humano quibus noscitur? I. 88.
nascitur ex alimentis, ex inopia boni sanguinis, debilitate vasorum et viscerum, item et à defectu motus animalis. I. 82. 83.
in prima digestione facilius generatur, cur? I. 83. IV. 681.
solum, non semper creat appetitum: Exemplo sint rapacissima animalia. I. 84.
quid efficiat in corpore humano. I. 84. 86.
faeces infantum alvinas virides facit. I. 86. IV. 682.
corpus humanum pallere facit. I. 87.
eructantes raro pleuritide laborant, cur. III. 653.
immutantia et obtundentia quae sint. I. 92. Cepae, allium, sinapi IV. 223. 683.
in infantibus, nisi convulsi moriantur, abdomen facit turmidum, sub initio alvum clausam, post vero nimis fluentem putridam, et sequitur mors, unde? IV. 682.
cito domari debet. cur? IV. 681.
oleis molissimis obtunditur, quomodo? et quando nocent. I. 92. IV. 661. 685.
domatur ex pulvere lapidibus cancrorum, rhabarbaro et Cinamomi. grj. ut et saponibus. I. 92. 77.
obtunditur Gelatinis. I. 92. et bile animalium. I. 86. IV. 684.

Acida sanguinem condensant, qualia? I. 177. 127.
solvunt. qualia. I. 177.

Acria mechanica quid? II. 110.
rubefacientia, quid? II. 113.
sanguinem intrare posse probatur lacte nutricum alterato post iram, post purgans sumtum, aut allium comesum. II. 30.

Acrimonia acida, alcalina, biliosa, oleosa quid? I. 130.
obtunditur per saponem Venetum, per ova sorbilia, jusculа ex carnibus juniorum animalium parata, vel ex gammaris et cancris consecta, per carnes teneras assatas, pisces fluviatiles assas. III. 491. IV. 684. 685.
per decoctum rasurae Cornu cervi, eboris, Allium, cepas, sinapi semina. III. 656. IV. 223. 683.
alcalina obtunditur per sapones acidos, fructus horaeos, lacticinia, farinacea bene fermentata, oryzam, hordeum, secale &c. III. 490. serum lactis gramineum, potus ex cerasis, fragis, recentibus cum aqua contritis &c.
biliosa quid? et unde? II. 209. est acerrima. I. 130.
noscitur ex lingua sordida, sapore fastidioso amaro putrido, nausea, anorexia. II. 210.
tollitur ab emeticis, purgantibus &c. II. 210. ut et à saponaceis, inprimis acidis, aquae mistis, oxymele, fructuum horaeorum succis, sapis, syrupis &c. II. 209.
Oleosa pejor est simplici putredine aut acrimonia biliosa; et ubi semel humoribus nostris mista est difficillime inde eluitur. I. 130. 540. 917. III. 597.
aromatica quid efficiat. III. 336.
tollitur aquosis, acidis, saponaceis acidis, galatinosis &c. II. 130. seq.

Acrimoniam quamcunque enervant aqua, oleum et decocta emollientia, hinc semper eadem prosunt, etiam in casu dubio. III. 176.

Acrimonia vide Cibi.

Actiones animales. I. 4.
naturales. I. 3.
vitales. I. 2.

Acus cum parte fili, sex pollices longa, circa humerum extracta. I. 635.
deglutita ex inguinis tumore extracta. I. 635.

Acuti morbi et à peritissimo Medico non impediuntur, quin in alios morbos desinant. III. 340.
quandoque subito deponunt in quandam corporis partem copiam veri puris, licet nullum signum topicae inflammationis aut suppurationis in ullo corporis loco observatum fuerit. III. 340.
requirunt ut sollicite attendatur ad hypochondriorum dolores, tumores, retrosursum elevationes, cur? III. 140.
quandoque sponte sua stipantur hydrophobia. III. 537.

Adstringentia inflammatis partibus applicata noxia sunt, cur? I. 665.
nervis quam proxime adplicata illorum actiones turbare possunt. Acaciae succus linguae impositus saporem per tempus profligat. Adstringentia oculis adplicata immedicabilem quandoque coecitatem fecerunt. Acerbis fructibus abutentes pueri abdomen tumidum habent toties, cur? III. 360.
quomodo operantur. I. 36. 37.
imprudenter adhibita quomodo nocent. I. 37. II. 393.

Adultorum diaeta. I. 75.
morbi. I. 75.

Aer acris putrefaciens qualis? II. 123.
venenis refertus. ib. eod.
putrefaciens ad pessimam et subitam putredinem disponit. II. 125.
emendandus quibus? II. 126. per ignem, per explosa tormenta ut ventus proveniat: per Vaporem aceti, per sal marinum, per sulphur, per pulverem pyrium carbonibus combustum. II. 126.
calidissimus, et simul siccissimus animalium carnes non tam cito putridas facit. I. 745.
calidus calorem febrilem auget. II. 160.
nimis corpori humano nocet, cur? II. 43. 119.
quomodo temperandus? II. 119. 120. 155.
et humidus subtilissimam putredinem facit. I. 180. II. 122.
igne emendatur. II. 122.
elasticus in sanguine naturaliter non invenitur, et dum adest, subitae mortis instat discrimen. II. 234. III. 333.
fixus corporibus inclusus firmitatem illorum procreat. V. 315. seq.
si à nexu corporum solvitur, elasticus quidem fit, sed differt ille aër ab athmosphaerico quibus? V. 318.
tentatus est a Pringlio et Macbridio. V. 319.
frigidus et humidus nocentior est frigido sicco, cur? I. 679.
quales pariat morbos. II. 122.

Aer frigidus et humidus transpirationem impediens paralysin et apoplexiam efficere potest. Exempl. III. 361.
rachitidem creare potest, cur? V. 589.
ad morbos curandos quomodo comparatur? II. 120. 155.
et siccus in acutis inflammatoriis prodest, cur? I. 679.
ad morbos curandos quomodo comparatur? II. 119.
humidus semper quibus noscitur? II. 122.
et tepidus, diu durans, paraplegias epidemicas secundum observata Hippocratis creavit. III. 362.
melancholicis utilis, cur? III. 479.
inspiratus et retentus musculorum actionem auget, cur? II. 717.
non renovatus capitis vulneribus nocet. I. 319. 402.
purus, campestris, ventis perflatus, summum ad curandam Cachexiam est remedium. III. 657.
Stagnans, palustris, umbrosus favet melancholiae et scorbuto. III. 505. 595.
Aestate morbi putredinosi familiares, cur? I. 119.
inflammatorii familiares. II. 265. cur? II. 44. 454.
fervida, aridaque Hepatitis in nosocomiis militum epidemica observata fuit, cum magno ardoris sensu et dolore acutissimo quasi perterebrante. Exempl. III. 83.
fervidissima praegressa subsequuntur autumnali tempore febres biliosae hepatitidem saepe comitem habentes. cur? III. 87. 96. 97. 98. 102. 104. 119. 468.
sequuntur autumnali tempore febres curatu difficillimae, quae in initio continuae videntur, postea vero in classem intermittentium veniunt. III. 468.
fervidissima praegressa autumnali tempore frequenter observantur melancholiae. III. 468.
quales cibi optimi. vide Cibi.
Aestus inflammatae partis unde? I. 648.
partium internarum quid indicet. II. 151.
Aetatum structura partium solidarum diversa unde? I. 71.
diversi morbi. I. 74. 126.
diversus victus. I. 75.
diversa vita. I. 76.
diversa medicamenta. I. 76. 77. 83.
Alcahest Glauberi quid? V. 368. datur in podagra. ib.
Alcali quid. I. 113.
origo in corpore humano unde. I. 114.
effectus in sanguine humano. I. 117.
quibus animalibus proprium. I. 117.
rarissime in hominis viventis humoribus vere reperitur. I. 131.
Sal fixum quid. I. 204.
qualibus in morbis prodest aut nocet. I. 204.
Sal volatile quid. I. 113. 204. proprietates et usus. I. 204.
Salia omnia una eademque. I. 204. vide Sal alcalinus.

Alcali Salium usus et noxae. I. 240. I. 127. II. 240.
Alcohol calidum in haemorrhagiis utile. I. 346.
Alimenta tenacia corpora reddunt debilia, cur? I. 24.
Alimentorum facultas non pendet ab alimentis solis, sed omnium maxime à corporibus in quae ingeruntur. I. 60.
Allium magnam possidet acrimoniam. II. 31.
maxime penetrabile est, ingreditur corpus per venas absorbentes, et penetrat. per vasa arteriosa. IV. 727.
reputatur anthelminticum. IV. 727.
quomodo contra Vermes prodesse possit. IV. 727.
et Ascaridibus innimicum judicatur. IV. 727. Sed Vermes humani in succo alii pauca aqua diluto vivunt. Exempl. IV. 730.
Aloës laudes. IV. 442.
Alvi adstrictio longa capitis functiones turbare potest, cur? III. 355.
sive obstructio qualia parat mala. II. 35.
in acutis noxia cur? II. 588. 589.
diutissime fertur, et saepe absque magna noxa. II. 140.
quando et quomodo tolli debeat. II. 141.
pertinacissima aqua frigida ad crura et femora affusa soluta fuit. Exemp. III. 181.
plenaria à scirrho intestinorum. III. 167. 189. Exempl.
duricies in hydropicis unde? IV. 203.
tarditas à defectu secretionis bilis provenit. III. 484.
gravidarum ab utero tumido. IV. 460.
et à defectu pinguedinis circa anum oritur. IV. 658.
constrictio quandoque tanta est, ut tubulum pro clysmate injiciendo non admittat. Mollissimis unguentis tunc anum illinire oportet, vel et balneo vaporis, dum sellae perforatae insidet aeger, fovere, donec laxetur. III. 175.
fluxus biliosus quid? II. 737. vide Diarrhoea.
foetidissimus saepe ab ingluvie oritur. II. 34.
à pingui mixto oritur. II. 48.
foecum spontaneus exitus, qui aegro fit inscio, in morbis pessimum est signum, cur? I. 436. II. 708.
prolapsus ex calculo vesicae. V. 294.
vide Anus.
Alumen validiorem possidet vim antisepticam, quam reliqua salia. IV. 95.
in collyriis noxium, cur? III. 335.
Amara, ut absynthium, centaurium minus, gentianae radix, aristolochia rotunda &c. magnum habent usum in illis morbis ubi bilis vel iners nimis, vel copia deficit. III. 338. 625. 633.
obesos graciles reddunt. III. 338.
si à gracilibus imprudenter adhibita fuerunt, teste Galeno, mortem quibusdam intulerunt. III. 338.
vermibus amica deprehenduntur, hinc non sunt anthelmintica. IV. 729. 730.
Amaurosis post febres acutas unde. I. 184.
plerumque insanabilis, cur? III. 356.

Am-

Ambulatio prodeſt debilibus. I. 34. 35.
Ambuſtio quid? I. 832. vide Combuſtio.
Ammoniaci ſalis dotes. I. 202.
Amor, noctes et dies eandem ideam menti praeſentem ſiſtens, bilem atram efficere poteſt. III. 466.
Amputatio partis ſphacelatae quando locum habet. I. 555. 805.
qualia requirat. I. 812.
narcotica optime fert, quando? I. 818.
in digitis, metacarpo et metatarſo quomodo peragitur. I. 806.
femoris, cruris &c. ſerra, non aliis inſtrumentis, peragatur. I. 806. 807.
cruris quomodo à Verduino peracta fuit. I. 816.
quomodo facienda. I. 819.
per ſecurim facta. Exempl. I. 807.
aliud inſtrumentum peculiare facta. Exempl. I. 808.
quonam in loco inſtituenda. I. 808.
ad articulum humeri proxime facta Exempl. I. 809.
Amputationem ſequens convulſio lethalis. Exempl. I. 829.
perpeſſi ſuppurationis tempore ut plurimum moriuntur, cur? I. 708.
convulſio quomodo tractanda. I. 829. Exempl. I. 830.
haemorrhagia quomodo compeſcenda. I. 814. 822.
maraſmus ob chyli ſtillicidium e vulnere. Exempl. I. 828.
plethora partim venae ſectione, partim victu tollenda. I. 830.
Analeptica quae? I. 29. 775. vide Cardiaca.
exterius adplicata quomodo operantur. I. 775. II. 163.
Analogia, quid doceat? I. 14.
Anaſarca hydrops unde? IV. 156. III. 643.
plerumque ab inferioribus corporis partibus incipit. IV. 157.
quibus differt à Leucophlegmatia. IV. 157. 158. I. 102.
integrum corporis habitum occupans curatu difficillimus, cur? IV. 159.
piae matris. Exempl. IV. 159.
varia mala producere poteſt, prout vel totum corporis habitum, vel has illasve partes occupat. Exempl. in palpebris. IV. 159. Exempl. in pene. IV. 159.
niſi interiora corporis occupaverit, facilius curam admittit, quam reliquae hydropis ſpecies. IV. 159.
ab impedimento motus ſanguinis venoſi. Exempl. IV. 217. NB. haec eſt ſpecies ubi venae ſectio proderit. IV. 217.
dolori ficus ſubinde fit, quando? et cur? I. 361.
frictiones optime fert. IV. 217.
per ambuſtionem curatus Exempl. IV. 251.
curatur per vulnera cuti inflicta. Exempla. 251. 252.
per veſicatoria tractatur absque metu gangraenae. Exempl. IV. 255.
per Cauteria ne tractetur, cur? IV. 254.
per fonticulos aut ſetacea ne tractetur, cur? IV. 255.

Ana-

Anasarca hydrops cum Ascite junctus scarifationis ope curantur bini. Exempla. IV. 253. 254.
si scorbuti sequelae aut comites, etiam per vulnera inflicta tractantur: anceps enim remedium melius est quam nullum. IV. 256.
vide Hydrops.
Anastomosis quid? et ejus diagnosis. IV. 4. 5.
Ancylosis quid? I. 607. 949. vide Articulorum crepitus &c.
unde? I. 949. 97. 593. 607. 705.
ab inspissato linimento Haversiano quibus cognoscitur. I. 950.
quibus curatur. I. 951.
à ligamentis rigescentibus quando et quomodo curatur. I. 46. 951. Exempl. I. 952.
ab exostosi ad junctiras. I. 953.
à concretione articulorum. Exempl. I. 953.
podagricorum unde? IV. 327.
prognosis. I. 953.
curatio. I. 46. 190. 193. 951. seq.
Aneurisma quid? I. 166.
in partibus internis ossa conterere potest. Exempl. I. 166.
quintuplici modo fieri potest. I. 288.
verum quid? I. 234. 287.
quibus signis cognosci queat. I. 289.
qualia producit mala in corpore. I. 166. 290.
ruptum subitaneam infert mortem. I. 290. 291.
quomodo curatur. I. 291.
cordis satis crebro occurrit. Exempl. I. 291.
quomodo fiat. I. 291. 292. 293.
ab aëre incluso. I. 293.
quibus cognoscitur. I. 293.
quibus incrementum quodammodo sistitur. I. 293.
spurium quid. I. 294. Exempl. I. 295. 539.
quibus à vero differat. I. 296.
unde. I. 296.
quid efficiat. I. 296.
quomodo tractatur et curatur. I. 549. seq.
Aneurismatis sectionem aut membrorum amputationem perpessi suppurationis tempore utplurimum moriuntur, cur? I. 708.
Angina quid? II. 618.
cum et sine tumore fit. II. 619. 620.
sine tumore quando contingat. II. 621.
qualem habet causam. II. 623.
cum tumore quotuplex sit. II. 624. seq.
quales partes occupet. II. 626.
Aquosa vel oedematosa quid? II. 634.
quibus noscitur. II. 639.
raro dolore stipatur, cur? II. 634.

Angina Aquosa qualem effectum habet. II. 639.
eventum habet. II. 639.
quibus sit familiaris? II. 634.
quibus curatur. II. 640.
sub lingua haerens curata. Exempl. II. 641.
catarrhosa tenuis, vide Aquosa.
convulsiva quid? II. 705.
gangraenosa quid. II. 696.
non omnis incurabilis. II. 698. seq.
inflammatoria quid? II. 651.
unde? II. 652. seq.
in aspera arteria haerens quibus noscitur, qualemque habet exitum. II. 655. 657. 680.
in larynge haerens quomodo discernitur, quomodoque finitur. II. 658. 680.
in musculis elevatoriis ossis hyoidis et laryngis haerens quibus noscitur, qualemque eventum habet. II. 659.
in pharynge haerens qualia habet signa, qualemque prognosin. II. 661.
in tonsillis, uvula &c. haerens quomodo dignoscenda. II. 663.
ex pluribus composita deterior. II. 668.
quales agnoscit causas. II. 652.
est morbus acutus maxime volubilis. II. 678.
ad externas partes derivanda quali Cataplasmate opus habet. II. 681.
quomodo curanda. II. 671. I. 671. II. 206.
mala tractata Vomicam pulmonum efficit. Exempl. III. 678.
paralytica quid? II. 701.
suffocativa hystericis familiaris, quid? II. 705.
suppuratoria quomodo tractanda. II. 693. Exempl. II. 694.
scirrhosa quid? II. 644. Exempl. II. 645.
raro vel nunquam suppuratoria, quae? II. 695.
Anguillarum decoctum sumi potest in locum decocti viperarum. I. 69.
hepar siccatum laudatur ad partum ab Helmontio, sed iners est remedium. IV. 523.
Anhelatio morbis inflammatoriis et suppuratoriis accedens mortem praenunciat, quando et cur? II. 199.
Anhelitus ad minimum motum magnus unde? IV. 13.
in phthisicis post cibum minus magnus, cur? IV. 13.
Animae morbi causam fere semper in corpore habent. I. 5. 9.
Animi adfectus tristes perspirationem turbant, et quae exin mala? II. 38.
non tantum nocent, quatenus ab illis, absque alia causa praegressa, febris excitatur, verum etiam corpus sic disponunt, ut ab aliis causis facilius affici possit. II. 127.
augent vasorum contractilitatem. Exempl. I. 190. et miro modo omnes encephali functiones turbant. Pejus hoc fit in debilibus. Pertinent huc metus summus, ira, tristitia, terror &c. III. 271.
et efficiunt podagram, interdum vero etiam illam sanant. Exempla. IV. 307.

Ani-

Animi adfectus omnes, si vehementes fuerint, non sedantur, nisi uno alterove suspirio, imo de pectore ducto, turbata prius respiratio denno componatur. III. 271.
diu perseverantes magnas humoribus induci possunt mutationes. III. 467. 663.
ingentes epilepsiam efficere possunt. Ira, gaudium subitum, tristitia, terror et metus. III. 413. 414.
adfectibus, nempe metu, tristitia vel perpetuis curis oppressi, sensim contabescunt. III. 663.
si aegri carent, vel omnino oppositis adficiuntur, pessimum signum, cur? II. 433.
motus nimii magis nocent, quam nimius corporis motus, cur? II. 40.
magni sive hilaritatis sive moestitiae, bilem atram efficere possunt. III. 467.
pathemata quid? I. 147.
quomodo sopienda. I. 147. II. 127.
perturbationes quos morbos sanaverint? III. 383. 384.
intentiones summae Eruditis gravant caput, et tensiones molestas in capite faciunt. Augentur haec mala in plethoricis, praesertim si post largum pastum, inclinato antrorsum corpore, mensulis suis assident meditabundi. III. 267.
deliquia instantia sese produnt pallore in labiis, oculis, vultu, pulsu languido, sudoris guttulis in fronte &c. I. 214. II. 672. III. 37.
ut ut frequentia puellis non adeo infesta reperiuntur quam robustis, cur? I. 176.
repellunt sanguinem ad interiores partes. I. 665.
post venae sectionem unde et quomodo? II. 278.
etiam in verminosis oriuntur, unde? IV. 712. 713
quid efficiant, et quid in illis faciendum. I. 176. 684.
in gravidis quomodo fuganda? IV. 465.
puerperarum instantia quomodo arcentur. IV. 589.
Anodyna quae sint. I. 323.
quando in morbis inflammatoriis internae prosunt. I. 679.
externe prosunt et qualia. I. 682.
lenissima sunt ex floribus papaveris rhoeados parata. II. 781. et haec pleuriticis nunquam nocent. III. 32.
et Opiata in febribus acutis tuto porriguntur hac lege, ut non ab initio morbi et praemissis praemittendis propinentur. II. 159. 172.
vide Opium.
Antacida medicamenta quae? I. 89.
quomodo et quibus cautelis porrigenda. I. 92. 93. II. 240.
Antacidus victus qualis sit. I. 89.
Anthelmintica hactenus cognita nondum certo vermes necant. Exempl. IV. 735.
purgantibus à quibusdam miscentur optimo cum effectu. IV. 738.
intres classes dividuntur, quales sunt? IV. 725. seq.
primae classis sunt: Stannum, martis limatura, Corallina. IV. 726. 727.
secundae classis sunt: Allium, Asa foetida, Valeriana sylvestris, Sulphur. IV. 727. 728.

Anthelmintica tertiae classis sunt: Persica arbor, Filix radix (Eau de Fougeres) Acetum vini, Cuprum, martis vitriolum &c. IV. 729. ad 733.
NB de his omnibus vide proprios titulos infra.
Anthrax quid? I. 729. 852.
quomodo curandus. I. 729.
Antihysterica quae. II. 243. III. 445. IV. 523. 476.
Antimonium diaphoreticum non ablutum majores exserit virtutes abluto. II. 797. IV. 378.
expectorans esse videtur. II. 797.
Antispasmodica remedia generalia non reperiuntur, cur? II. 361.
sunt Spiritus C. C. Spiritus serici crudi. Tinct. succini, ejusque oleum, Castoreum, olea aetherea destillata. I. 381.
reputata ut rasura eboris, ungulae alcis, Cornu Cervi, si crudae adhibeantur inertia sunt. In calcem combusta acquirunt vim absorbendi acidum. II. 362.
Anus in rugis ceraceam materiem ordinario in suis loculis alit, quae inspissata tumores facit. I. 110.
tubercula ante maturationem aperienda, cur? I. 706. 705.
fistulam acquirit per sectionem curandam, quomodo? I. 725. 726.
quale sit regimen et diaeta. I. 533. 534. 535.
Anus in infante recens nato membrana clausus sectione aperiendus. IV. 649.
protuberantem sectionis locum indicat. IV. 649.
sectione apertus turundis non tractandus cur? IV. 649.
in altiori loco haerente clausus, quomodo aperiendus. Exempl. IV. 649.
nullo vestigio adparens ancipiti sectione aperiendus. IV. 650.
à Petito suadetur, ut aperiatur acutriquetra. IV. 650.
incerte aperitur, cur. Exempl. IV. 650.
subinde oritur à defectu intestini recti. Exempl. IV. 650.
nisi integer sit intestini recti tractus usque ad integumenta, curari nequit. IV. 650.
devius et unitus vesicae urinariae. IV. 650.
vaginae uteri. Exempl. IV. 651.
nullo vestigio adparens curatus ab Hildano, dubiae est fidei. IV. 651.
à Saviard, et pro curato indicatus Academiae Chirurg. Parisin. cur dubiae fidei. IV. 661.
prolabens interdum calculi vesicae signum. V. 268.
Anxietas post cibum adsumtum unde? I. 185. II. 296.
circa praecordia, dum hepar male adfectum, unde? III. 141. 83.
in mortis articulo, cur? I. 198.

Anxie-

Anxietas summa ex inflammato ventriculo à venenis, à bile corrupta, ab esu nimio hepatum piscium, quomodo contingat. III. 145. ob irritationem nervorum.
febrilis oritur à sanguinis libero egressu è corde impedito. II. 24. 175. 189.
vitam ipsam et vitalia viscera periclitari indicat. II. 190.
frequentissime ab obstaculo in arteria pulmonali haerente oritur. II. 190. ut in febrium intermittentium frigore. II. 191.
unde veniat. II. 190. 196. 197.
sedem habet vel in pulmonibus, quibus noscitur. II. 193. 195.
vel in hypochondriis. et quidem in impedito trajectu cruoris per venam portarum: quibus noscitur. II. 194.
et quidem spasmo contractis: quibus deregenda? II. 196. 197.
febrilis qualem habet prognosin. I. 198. II. 193. 195. 196.
diu perstans quid efficiat. II. 193.
si ab inflammatorio viscido aut in pulmonibus aut in hypochondriis haerente orta, quomodo tractanda. II. 203.
si à spasmodica adfectione quibus tollenda. II. 201.
phthisicorum unde? IV. 79. 77. vide Anhelitus.
ejus summus sensus in frigore intermittentium. II. 62.
infantum à lactis coagulo quomodo tractanda. II. 202. vide Infans.
in aphthis unde? III. 210.
Anxietatis sensum faciunt nervi cerebelli, per vitalia viscera dispersi, non vero cerebri propagines. II. 190.
Aorta quid? I. 266. vulnera ib. ligatae experimenta. I. 185.
Aperientia qualia et quomodo eligenda secundum anni tempestatem, aegri temperiem, et epidemicam febrium constitutionem. II. 543.
Aphonia post apoplexiam et paralysi. III. 371.
à strumis laceratione exemtis. III. 372.
à defluente serosa capitis colluvie tussi levata: mirum Exempl. III. 372.
à Vermibus. Exempl. IV. 714.
Aphthae infantum melle rosarum solo, vel mell. ros. unc. dimid. Spir. salis marini vel Vitrioli gut. IV. vel viij. illitis cito curantur. III. 196. 201. ut et purgante dato. cur? III. 216.
ab Hippocrate etiam in aliis corporis locis observatae sunt, ut in pulmonis fistula, in pudendis &c. III. 196.
pudendorum à Swietenio observatae. Signa vide III. 196.
oris saepius in subitam putredinem omnia vicina de pascentem, degenerant, nisi Spiritu salis marini illico coërceantur ulteriores putredinis progressus. Exempl. aphtharum talium epidemice grassatarum. III. 197.
vel solitariae sunt vel febribus acutis superveniunt. III. 196. 197.
in febribus acutis mortem inferunt, quomodo? II. 75.
visceribus inflammatis supervenientes Veteribus probabiliter cognitae fuerunt. III. 197. 220. 218.
ulcuscula proprie loquendo non sunt, sed pustularum in morem supra superficiem partium oris interni elevantur, et dum separatae decidunt, integram omnino partem, cui adhaeserunt, relinquunt. III. 198.

Aphthae unde oriantur. III. 198. II. 449.

in labiis, gingivis, genis internis, lingua, palato, faucibus, tonsillis, uvula, gula, stomacho, intestinis, tenuibus &c. reperiuntur. III. 199.

distinguendae à sordibus linguae in morbis acutis. Sordes tantum in dorso linguae reperiuntur, cum aphthae etiam in parte linguae inferiori et reliquis oris interni partibus inveniantur. III. 199.

linguam solam nunquam, sed omnes oris interni partes plus minusve occupant, et quandoque in faucibus jam adsunt densae, dum in lingua nullum adhuc illarum vestigium appareat. III. 199.

per ventriculum et intestina etiam distribuuntur. Probatio III. 199.

calidis in regionibus vel omnino non, vel rarissime occurrunt. III. 200.

et Purpura inter se convenire videntur: paria enim symptomata habent: diversitas à Climate saltem pendere videtur: in boreali paludosa regione aphthae, in locis calidioribus et siccioribus purpura. III. 200.

rarissime observantur, si recens natos infantes excipimus, nisi in febribus continuis, praecipue autumnalibus, cum diarrhoea aut dysenteria incipientibus. III. 201. 217.

febribus, quae cum diarrhoea aut dysenteria incipiunt, frequenter junguntur: III. 202. praecaventur purgante in initio febris porrecto. III. 216.

sine praegressa febri. Exempl. III. 201.

post febrem tertianam vernalem. Exempl. III. 201.

criticis diebus in febribus prodeunt, et inter imperfectas crises numerandae. III. 203.

erupturae qualibus symptomatibus stipari soleant. III. 201.

tutiores et leviores redduntur, ubi sudores copiosi et urinae uberiores, III. 200. 202.

periculosae à subita debilitate praecedi solent. III. 204.

febribus acutis supervenientes praeceduntur stupore, hebetudine, somnolentia levi, inaequali, perpetua. Rarissime hoc signum fallit. III. 204.

paucae in ore non semper pro bono signo habendae paucae enim sunt in ore dum densae haerent in interioribus: ex quibus noscitur periculum paucarum. III. 205.

quales bonae, et quales malae. III. 205. 206. 221.

sparsim erumpentes semper albae pellucidae; copiose erumpentes crustam opacam albam formant. Erumpentes cinerei coloris semper funestae: nigrae prodeuntes non existunt. III. 206. 219.

nullo certo tempore solvuntur: interdum intra 12 horas, interdum post plures dies demum separantur. III. 207.

renascuntur si locus post aphthas separatas siccus apparet, et vires aegri sufficiunt: sin minus, aegri moriuntur. III. 207.

sexies aut saepius renatae observatae sunt. III. 207.

qualem formant prognosin. III. 207. 208. 211.

quid efficiant in corpore humano. III. 208. tollunt saporem, deglutitio est difficilis; nutritio frustranea: Deciduas sequitur ptyalismus, aut diarrhoea, aut dolor ab excoriatione aut dysenteria. III. 209. 210.

purgantia in initio minime ferunt: hypercatharses enim brevi lethales sequuntur, cur? et unde? III. 210.

in fine morbi optime ferunt, cur? III. 215.

Senibus ut plurimum periculosae. cur? III. 201. 217.

curantur quomodo? III. 212. seq.

Aph-

Aphthae requirunt, ut materia illas producens meabilis reddatur, et vasa disponantur ad facilem transitum. Potus multus, calidus, diluens, resolvens, abstergens. Balnea, fomenta ex lacte calido dupla aquae copia diluto. III. 212.

solvuntur à raparum decocto, vel et à succo earum leviter cocto, et melle edulcorato, cujus defectum plebs cerevisia tenui saccharata supplet. Si una cum cortice suo raparum bulbi raduntur tyrocnesti, tunc succus erit acrior et magis detergens. III. 213.

à decocto Corticis Peruviani citius solvuntur, cur? III. 214.

deciduae dolorem ab excoriatione habent, quibus lenitur. III. 215.

deciduae et diarrhoeam movent, roborantibus sistendam: quando et quomodo roborantia propinari possunt. III. 215.

non amplius renascentes quibus noscitur. III. 215.

erumpentes, si singultu stipantur, mali ominis est, cur? III. 217.

deciduae, si singultum junctum habent, molestum quidem, sed raro pernicioſum est. III. 218.

nigrae factae, dum novae subcretae densissimam crustam faciunt, cur pestiferae. III. 219.

pessimae fiunt à potu aut gargarismo actu frigido, et ab aëre gelido, cur? III. 220.

funestae erunt, si illis jungatur delirium, jactatio, pervigilium, sudor frigidus, cur? III. 221.

Apophlegmatismi quomodo fiunt. II. 642. ubi indicentur. II. 643.

Apoplexia quid? III. 251. 323.

est summus affectuum soporosorum gradus. III. 323.

adfectis, si respiratio intermittit, vel magna cum violentia fit, pessimum signum. III. 251.

à somno profundo difficulter distinguitur. Exempl. III. 252.

quomodo distinguitur. III. 253.

ab ebrietate summa difficulter distinguitur. III. 252.

quomodo discernitur. III. 253.

qualem habet causam proximam. III. 253.

frigida à muco in ventriculis cerebri. I. 109.

serosa cur et quomodo oriatur. III. 261.

defunctis observatae sunt aquae inter duram et piam matrem, gelatina aquosa cerebrum et cerebellum ambiens, hydatides in pia matre, aqua in ventriculis cerebri et ipsa theca vertebrarum. III. 262.

praenunciam habet hebetudinem, unde? I. 433.

utplurimum lente fit, hinc cerebri functiones per plures menses laesae. III. 263.

observatur et subitò nata. Exempl. in sene. III. 263.

literatis sedentariis frequenter contingit, sed lente increscere solet morbus, quibus signis futura noscitur. III. 263.

post intropressum Cranium. I. 437.

à Cacochymia glutinosa inerti. III. 263.

atrabilaria. Exempl. III. 264.

à pituita copiosa cerebri membranas perfundente. Exempl. III. 265.

in plethoricis à calore foci et solis. Exempl. III. 266.

Apo-

Apoplexia in plethoricis ſi corpus validiſſime movent, per Venationem. Exempl. III. 266.
inter epulas ſaepius contingit, cur? III. 258. 266.
ab abſceſſu in capite rupto. Exempl. ubi omnes cerebri functiones tamdiu deletae fuerunt, usque dum pus per os et nares effluxerit, et cucurbitae numeroſae capiti adplicatae fuerint. III. 267.
ab hydatidibus in cerebro oriri poſſunt, ſi mole augentur. Exempl. III. 268.
defunctorum caput ſteatomata, ſcirrhos, tumores flatulentos oſtendit. Exempl. III. 268.
tumores oſſeos, imò et quandoque oſſificationes in membranis cerebri exhibuit. Exempl. III. 269.
à plethora capitis particulari. III. 269. 270. IV. 23. vide Plethora capitis.
à tumore in pectoris cavo nato, venam cavam ſuperiorem comprimente, in puella octenni. III. 273.
ab effuſo liquido ſupra duram matrem. III. 273. 274.
ab animi adfectibus vehementibus. III. 271.
à plethora univerſali. I. 156. III. 275. Exempl. Malpighii. III. 275.
à podagra retrogreſſa. III. 276. IV. 353. Exempl.
quibus praevidetur. III. 277.
quibus curari tentatur. III. 307. 308.
ab haemorrhagia narium imprudenter cohibita. III. 276.
ab halitu fermentantis liquidi in Cella. III. 277.
à vapore aedium calce recens incruſtatarum. III. 278.
à nidore carbonum. Exempl. III. 278.
diſtinguitur in ſanguineam, pituitoſam, atrabilariam et polypoſam. III. 279.
ſedem habet in cerebro, cerebello in initio ut plurimum illaeſo. III. 280.
Senibus ut plurimum lethalis, cur? III. 281.
ubi temperies atrabilaria, periculoſior eſt, cur? III. 281.
levis frequenter abit in validam. III. 283.
lenis ſolvitur quibus? et quomodo? III. 283.
à ſaburra primas vias gravante ſanabilis. Exempl. III. 286.
gravior paulo in paralyſin ut plurimum mutari ſolet. III. 288. cur? 289. 290.
pituitoſa febre ſuperveniente ſolvitur: quibus haec febris dignoſcenda à morbo aucto. II. 3. 65. III. 286. 287.
gravior, ut ut curata, ſingulares tamen encephali functiones quasdam relinquit turbatas, vel et abolitas tota vita. Exempl. II. 184. III. 288. Cur? 290.
exquiſita, attrito cerebello, raro ſeptimum diem excurrit. III. 290.
futura quibus praevidetur. III. 290.
raro absque ullis ſignis opprimit, niſi orta à ſubita vaſorum ruptura. III. 291.
pituitoſa oritura quomodo praecavetur. III. 295.
emetica non fert, cur? III. 298.
purgantia adhibeantur valida, et bihorio poſt ſumtum tale remedium clyſma acre injiciatur, ut aſſumti pharmaci vis eo citius verſus inferiora determinetur. III. 299.
oritura non levatur à venae ſectione, cur. III. 299.

Apo-

Apoplexia pituitosa vesicatoriis in capite applicatis optime tractatur, ad lentorem in capite solvendum. III. 300.
jam facta raro curatur, quid faciendum. III. 301.
praesens venaesectionem quidem fert, sed sit moderata. Observandus est pulsus, faciei color et respiratio illo tempore dum sanguis fluit. Et si nil pejus successerit, plus sanguinis demi poterit III. 303. 304.
sanguinea futura quomodo tractatur. III. 304.
Venaesectione opus habet magna. III. 304.
ex pulsus plenitudine, duritie, celeritate dijudicanda venae sectio an repetenda. III. 305.
sectionem venae jugularis poscit, quae vero nisi praemissa venae sectione bracchii aut pedis non instituenda, cur? III. 305.
requirit purgantia antiphlogistica. III. 305.
vesicatoria non facile fert, motum enim augent. III. 306.
non fert situm in lecto, maxime declivem et supinum. III. 306.
jam facta vix ullam spem relinquit. III. 307.
ab extravasatis liquidis inter cranium et membranas tractanda ut vulnus aut contusio capitis. III. 307.
in interioribus cerebri jam facta vix requirit medelam: quid faciendum. III. 307.
serosa praesens quomodo tractatur. III. 307. 308.
venae sectionem non fert, cur? III. 308.
purgantia fortissima requirit, et si deglutire nequeat aeger, quadrupla dosi injectum forma clysmatis similem effectum praestabit, cur? III. 309.
per vesicatoria, corticulos, setacea optime tractatur. III. 309.
victum requirit siccum, carnem assam, pisces fluviatiles assatos, panem biscoctum &c. III. 309.
à Venenis producta quomodo tractanda sit hactenus nullo modo descriptum legitur. III. 309.
in ventriculo haerentibus orta prompto vomitorio curatur. Vitrioli albi drachma dimidia soluta in aquae unciis duabus ut et infusum tabaci. III. 310.
à nidore Carbonum non pro desperata habenda. Per Exempla monstratur quid in tali apoplexia faciendum. III. 310.
Apostema pulmonis per urinam sanatum. I. 707.
thoracis per alvum purgatum. I. 707. vide Abscessus.
Appetentia alicujus rei in morbis cur contingat. I. 121.
Appetitus ilico tollitur simulac aliquid putridi in ventriculo haeret. II. 219.
diu jejunantibus perit, cur? II. 219.
prostratus unde? I. 99. 120. II. 63. IV. 463.
in morbis integre prostratus et digestio molestior, quid velint. II. 433.
aegrorum saepe Medicum de victus ratione docet. II. 100.
gravidarum in solitus non est prohibendus. II. 231.
in phthisi validus, cum pergente emaciatione, quid indicet? IV 82.
Aqua quomodo diluit, et quo gradu caloris frui debeat ad diluendum. I. 200.

Aqua farinosis mixta in febribus acutis praestantior est aqua pura, cur? I. 45.

ut ut salubris, si majori copia ingurgitatur simul et semel à siticuloso et laboribus validis fesso, ut et à febricitante aestuante, nisi vires assimilantes validae fuerint, ut movere possint ingentem talem aquae potae copiam, brevi hydropem inducet. Exempl. III. 333. IV. 192. 193. 190. 191. 136.

frigida affatim hausta haemoptisin fecit. IV. 23.

palustris, stagnans hydropi generandae ansam praebet, ut ut non affatim in gurgitata fuerit. IV. 194.

epidemicorum morborum causa. V. 171.

Calcis vivae interne adhibita prodest et nocet. II. 129. 130. V. 327.

ex Ostreis confecta praestantior est illa ex saxis parata. V. 322.

sub usu interno innocua est. IV. 42. V. 330.

ex Ostreis facta est lithontriptica. V. 327. 334.

urinam non reddit alcalinam, ut remedium illud Stephens. V. 330.

diu et copiose pota absque noxa. Exempl. V. 330.

absque lacte pota majorem forsan exseret efficaciam. Exempl. V, 331.

ob Calcem contentam aërem calculi fixum in se trahit, sed per lac adfusum saturata jam illo est aëre antequam corpori adplicatur. V. 331.

paratur si Calcis vivae librae uni affunduntur librae octo. V. 339.

utentes urinam contineant diu, cur? V. 332.

vitent liquores fermentatos, fructus horaeos acidos, mel etc. V. 330.

Aquae vapor tepidus corporibus febre acuta laborantium nudis applicatus rigiditatem fibrarum potentissime solvit. I. 46. 39. 44. 190.

tepidus anxietates circa vitalia lenit. II. 205.

destillatae vim acquirunt anthelminticam, unde? IV. 734.

marinae sapor et odor ingratus et subputridus tolli nequit. III. 595.

minor percipitur ubi mare profundum est. III. 595.

foetor à putrescentibus piscibus et plantis marinis. III. 595.

medicatae moderatam salis alcalini copiam habentes sunt Selteranae, Wildungenses, Antonianae, Buchenses etc. III. 335.

Spadanae librae decem potari possunt absque exoneratione alvi. II. 376.

Carolinae, Spadanae, Teplicenses, quibus in morbis conveniant. III. 345. IV. 578.

nil prosunt, nisi tantum de viribus vitalibus adhuc superfit in corpore aegri, ut moveri possint. III. 115. 634.

ex quibus constent, quomodo operentur, et quales in morbis chronicis eligendae. III. 345.

usus in hydrope. IV. 221. 222.

in melancholia. III. 515.

Aquae medicatae usus in podagra. IV. 578.
in scaturigine potae solatium quidem, plenariam vero sanitatem domum demum reducibus aegris afferunt, ob motum succussorium, quem in itinere patiuntur aegri. III. 346
simplicis potus non convenit omnibus, cur? et quibus conveniat. IV. 371.
ferratae quando ferro anteponendae. III. 660.
hydropicorum quomodo in cavitatibus accumulari possint. I. 745. IV. 188.
simul ac semel evacuatae animi deliquia, imo mortem accersunt. cur? I. 713. IV. 239.
per paracenthesin emissae, quando nocivae. IV. 207. 167.
sint parum mucilaginosae. Si vero aquae fluviatili similes funestum erit. IV. 223. 250.
citissime putrescunt, simulac aëri liber conceditur accessus. Exempl. IV. 241. 242. Contrarium. IV. 243.
parturientium si formant tumorem rotundum, tensum eo tempore dum dolor partus adest, flaccidiorem ubi remittit, indicant foetum in bono esse situ. IV. 567. a)
si formant tumorem acuminatum, oblongum, signum est infantem male situm esse. IV. 567. a) quid tunc faciendum. ib.
ne nimis cito rumpantur, cur? IV. 567 a)
quando et quomodo rumpendae. IV. 567 a)
submersi vide Submersi.
Argentum purum deturpatur non solum à sulphure, sed et idem praestant fumus Carbonum fossilium, cespitum, pisces in aqua calcis macerati, albumen ovi coctum etc. IV. 321.
Aristolochicorum classis duplex: quando indicantur? IV. 630. 631.
Aroph Paracelsi. V. 272. vide et Caput de Variolis.
Arsenici vulneribus applicati noxae. I. 283. 221.
halitus incaute inspiratus praeter alia pessima symptomata et mictum cruentum cum ardore intolerabili fecit. Exempl. III. 228.
asthma cum convulsionibus fecit Exempl. II. 715. quomodo tractandum ib.
decoctum ad scabiem laudatur, sed pessima mala fecit. Exempl. V. 498.
Arteria disecta hemorrhagiam sua sponte sistens qualis. I. 233.
semi disecta aut haemorrhagiam perpetuam aut sanata Aneurisma facit. I. 234.
Arteriae habent vim contractilem. Exempl. 170. 172.
disectae integre haemorrhagiam sua sponte coërcent, cur? I. 172. hoc in robustis facilius fit quam in debilibus, cur? I. 67.
axillaris laesae et curatae Exempl. I. 235.
asperae vulnera et prognosis. I. 268.
magnae vulnera non semper mortem inferunt, et quomodo istiusmodi laesiones tractanda? I. 234. 235.
asperae hydrops quid et quomodo tractandus? IV. 145. 146.
Aortae vulnera absolute lethalia. I. 266.
ligatae experimenta. I. 185.
Carotidis vulnera sub quibus cautelis non inter absolute lethalia referatur. I. 266.

Arteriae Carotidis vulnera si unquam curari possint, quid requireretur. I. 266. 267.
Vertebralis vulnera absolute lethalia. I. 267.
Carotides et vertebrales sub basi cranii mutuo emissis ramis unitae sunt. III. 259.
majoris vulnera quando possibilitatem curationis obtinent. I. 267.
ex quibus membranis constent. I. 287.
in amputatione discindendae quomodo comprimi debeant. I. 814. 815.
lymphaticae quomodo ad inflammationem subeundam amplificantur. I. 646.
serosae quomodo ad inflammationem subeundam amplificantur. I. 646.
Arteriotome. II. 613. III. 532. 441. I. 158. 159.
Arthriticorum acerbi cruciatus unde? I. 361.
Arthritis tenerrima vascula inflammat. I. 300. 642. vide Podagra.
vaga et rheumatismus pro synonimis habentur. V. 639.
Articuli inflammationibus et suppurationibus obnoxii. I. 601.
quomodo medendum. I. 601.
Articulorum crepitus aut stridor unde? I. 112. vide Ancylosis.
immobilitas tollitur vapore aquae calidae et inunctione olei. I. 46. 190.
liquidum lubricans triplex est 1) perspirans universale 2) oleum medullosum 3) mucilago à glandulis hic positis secreta. I. 600.
situs naturalis est flexus, minime tensus; docet id somnus. I. 334.
tumores unde? I. 601.
Arcanorum venditores taxantur. IV. 225.
Aristolochica vide Emmenagoga et IV. 630. 631.
Asa foetida recens est lactei coloris et graveolentissima. IV. 728.
solo suo halitu, sine imminutione sui ponderis, hystericas sublevat. I. 773.
anthelmintica habetur et ab Hofmanno. IV. 728.
Ascarides quid? IV. 709. illis in caseis repertis similes sunt. ib.
an lumbricorum teretium foetus? negatur. IV. 710.
non sunt cucurbitini juniores. IV. 711.
vesperi inprimis molesti sunt. Exempl. IV. 711.
indomabiles fere sunt. IV. 711.
et in pudendis muliebribus generantur. IV. 711.
cum urina excernuntur. IV. 711.
excreti demittunt substantiam quandam albissimam, qualis sit. IV. 716.
oleum et mel ferunt. IV. 725.
muria exturbantur. IV. 725.
vide Vermes.
Ascensio scalarum saepius cordis palpitationem et respirationem molestam facit, cur? III. 602.
Ascites hydrops quid? IV. 160.
triplici modo contingere potest. IV. 160.
in duplicatura peritonaei. IV. 161. Exempla. IV. 162. 163.
rarius contingit. IV. 163.
quibus noscitur. IV. 163.
diu et cum commoda sanitate tolerari potest. Exempla. IV. 164.

Asci-

Aſcites hydrops in cavo abdominis dupliciter fit, ſerum vel libere fluctuat vel ſaccis inclusum. IV. 165.
incipiens nullum ſui indicium dabit, niſi dum incipit tumere abdomen, et quidem in inferiore ejus parte. IV. 165.
progrediens tumore pedum et fluctuatione ſe manifeſtat. IV. 165.
dignoſcendus peritiſſimos Medicos ſaepe fefellit. Exempl. IV. 166.
non ſemper ſerum pellucidum continet, ſed lac aut chylum Exempla. IV. 166. 167. Gelatinam cum manifeſta fluctuatione Exempl. IV. 167. 244. aquas cruentas, virides, fuſcas etc. IV. 167.
probabiliter ex hydatidibus vaſorum lymphaticorum provenit. IV. 169. vide Hydatides.
Sacco incluſus. vide Hydrops ſaccatus.
duplex ſimul reperitur. Exempl. IV. 170.
vide Hydrops.
naſcendus quibus noſcitur. IV. 165. 204.
prognoſis et Curatio vide articulo: Hydrops. infra.
quomodo per medicamenta curandus? IV. 228. quando? IV. 229.
per medicamenta tractandus longam requirit patientiam. IV. 229.
à ruptura umbilici ſponte curatus. Exempl. IV. 230. 242.
quando Paracentheſin ferat. vide Paracentheſis.
gelatinam continens aut fato relinquendus, aut inciſione larga tractandus. Vltimi exempla. IV. 245. 244.
paracentheſi peracta opus habet ut eluantur ſordes circa viſcera collectae, quibus id fiat. IV. 245.
poſt paracentheſin ab injecto vino rubro aqua Briſtolienſi tertia parte remixto curabatur absque recidiva. Exempl. IV. 246.
in duplicatura peritonaei haerens etiam injectionibus tractandus. IV. 246.
craſſiores aquas continens per reſorptionem et urinae fluxum curatus Exempl. IV. 247.
renaſcitur ſaepius, et raro ab una paracentheſi tollitur. IV. 247.
renatus, ubi parcus potus ingerebatur et urinae quantitas potum ſuperabat. Exempl. IV. 248.
ſubito reſorptus et curatus Exempl. IV. 254.
purulentus oritur, ſi abſceſſus diaphragmatis vel hepatis pus ſuum in cavum abdominis effundit. III. 76. 112. I. 732.
incurabilis eſt, cur? III. 77. 112.
Aſcitici aquam ex aëre attrahunt. Elucidatur exemplis. IV. 248. I. 777.
